



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

3. Alia ex statis Patrum sententiis, & testimoniis argumenta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

CERTAMEN III.

Alia ex statis Patrum sententiis, & testimonio argumenta.

1. Primum desumitur ex Patribus consensu, & constanti asserentibus Deum peccati causam non esse, quia peccatum non est, nec bonum, seu effectus, sed defectus potius, bonique, & entis negatio. Unde ex simpliciter, & per essentiam bono, ente, & efficiente principio (cuiusmodi Deus est) nequeat provenire tandem; sed omnino in aliquid defectibile, nec seipso, & per essentiam ens, & existens ex nihilo; ac subinde ab his omnibus absolute defectibile; tanquam in primis principii debeat educi. Hoc principium etiam Philosophis fuit notum: Plotinus apud Theodoretum. Sic statuendum est, malum nihil esse aliud, quam boni defectus. Arist. 7. Physic. Virtus quidam perfectio est: unumquodque enim, tunc maxime perfectum est, cum attingit propria virtuti. Malitia autem corruptio horum, & remotio est. Cui consonat Avicenna, tract. 9. Metaph. cap. 6. post med. inde Patres ad rem argumentum nostrum efformant. Dionys. de divinis nominibus. c. 4. sub finem. *Peri malum non est ex virtute, sed ex infirmitate: & demonibus, quod quidem sunt ex bono (Deo) est & bonum; malum autem ex ipsi, ex casu à propriis bonis.* Diadoch. de perfect. Spirit. c. 3. *Malum, nec est in natura, nec est quicquam natura malum: Deus enim non fecit malum, quando autem in desiderio cordis aliquis format id, quod non existit re ipsa, tunc incipit esse malum.* Basil. c. 3. constituit, monasticar. post med. recitatis cert. 2. aduocet. Cum neque ipse animus naturaliter malum in se habeat, sed propterea in vitio sit (si quando sit) quod virtutem deserit. Si quidem virtutem nihil aliud est, quam virtutis desertio: & fufus homin. 9. quid Deus non sit auctor malorum. Greg. Nyssen. orat. Cath. c. 5. 6. & 7. fine: *Nullum malum per se situm est extra liberam arbitrii electionem; sed ita denominatur ex eo, quod non sit bonum: quod autem non est, non consistit: eius autem quod non consistit opifex non est, qui est opifex eorum, quæ consistunt.* Malorum ergo causa non est Deus, qui est creator, & effector eorum, quæ sunt, non eorum, quæ non sunt: qui visum fabricatus est non cecitatem: qui virtutem indicauit, non eius priuationem, bona electionis pramio, adiecto bonorum sine is, qui ex virtute vitam elegit, non violenta alicui necessitati, ut sibi videretur, humanam subiungens naturam, tanquam, ut aliquid in animam, in vitam ad bonum attrahens: si autem lucis tempore sereno pure lucentis voluntarie quispiam citius apprehendit visum, sol minime est causa eius, qui non aspicit; consonat disp. de anima, & resurrect. post med. pag. 4. & homil. 2. in cant. circa med. Luculentius autem adhuc exemplo eodem Athanas. explicat rem orat. contra idola post init. aien. *Nullum malum: nec à Deo, nec in Deo, nec ab initio existisse, neque ullam esse eius substantiam: sed homines per priuationem imaginandi, cogitandi que boni, sibi illud, quod malum est, comminifci caperunt: effinxeruntque, pro libidine: quæ non erant. Ut enim, si quis solo presente, & vniuersa terrarum suo iudare illustrante conuineat clausis oculis, ac inde tenebras, quæ nulla sunt animo fingat, ac postmodum, quasi in tenebris ambulans: oberret. & nunc lapsante gradu procedat, nunc ad precipitia sese incitet. Arbitratur interim, non lucem, sed tenebras esse, & seque intueri: nihil vident: ita quoque mens humana clausis oculis, quibus Deum contemplari poterat, effectus sui imaginatione malis, in eis se agit, ac mouet, inscia interim se nihil agere, dum se maxime negotiosam præbet. & quæ natura non subsistunt animo comminifcitur. Non enim, qualis à principio condita fuit, talis permanet: sed qualem seipsa contaminando reddidit.*

2. Huic argumento insitit sæpe Augustin. 2. de lib. arb. cap. vltim. [Omne bonum ex Deo: nulla ergo natura est, quæ non sit ex Deo. Motus ergo ille defectiuus auersionis, (quod fatetur esse peccatum) quoniam, cum talis sit, nihil est: omnis autem defectus ex nihilo est: vide, quo pertineat, & ad Deum non pertinere ne dubites.] Quia vtique nec nihilum, neque ex nihilo est, ubi in auer-

Eccc 3

signis

REGA
PACI
VIA

nequeat cum ipsa componi magis ; quam calor cum frigore mo minus ut patet;a vero est mali natura, & simpliciter talis, ac subinde à Deo incausabilis data à Patribus definitio. Tertio reuera ac mentis signum relegato, nihil aliud formæ peccati est, & virtuti contrarium, quam actio in his circumstantiis elicita à nobis, vt à nobis, quanto nos noscens Deus aliter in nobis causare peccatum absolute possumus, quam actionem prauam, vt à nobis, apponendo: sicque malum naturæ, & simpliciter tale, & quantum peccatum, actioque praua quandoque peccati alterius pena dicatur, atque adeo esse inficitia: non quoniam positum illud in nobis agendi voluntate ; sed permissu à Catholico vult admittitur: sicut, neque ob alios fines, ob quæ permittitur à Deo amari.

[illegible]

6. Hac vniuersali, & communi doctrina alia omnia lo-

ea scriptura, quæ præceptum Dei de facinore aliquo, siue à Dæmone, siue ab homine præstitando sonant, Patres interpretantur, vt diuinam erga illa, vt ab eis perperanda, & voluntaria, & casualitatem excludant, vt memoratis vidimus locis q. 2. c. 2. et vltimo, 2. Reg. 16. *Præcepit Dominus Semei, Threnor. 3. Quia ego dixi, vt fieret, (hominis in iudicio peruehit.) Dominus non iubente, Iai, 10. contra populum suorum mercedando illi, Eccl. cap. 13. Dominus præcepit militie caeli Dæmoni, vt terram disperderet, etiam, & praua quædam verbis imperatui videtur iussisse, Hicem, 50. Super terram dominantium ascende, super habitatores eius visita, & intercede, &c. Et fac iuxta omnia, quæ præcepti sibi, 2. Reg. 22. Seduces, & prauales: exi & fac, Iudic. 10. Itæ, & inuocate Deos vestros, & 4. Reg. 3. Vade ad Propherat Patru tui, &c. & 8. Vade, dicit ei, Sanebor. Porro offendit mihi Dæmonus, quod morte mater illi, 3. Subvertere inimici amicum vestrum, verumtamen, quod capitis explere. Matth. 23. Soluite templum hoc (corpus videlicet ipli, Ioan. 13. ad Iudam, quod facis citius. Verum præter doctrinam hæc communem Patru de sola Dei permissione, non autem diuina voluntate eis omnibus loca contentam, & significatam, vt supra ostendimus, & ex qua ipsorum doctrina, nunc contra prænitores materiales peccati arguimus, pro locis postremis de modo imperatui apertius specialis eorum emphasis hinc effertur apparet, ne quidem à medicis adhuc literaturæ, hominibus pro earum prænitronum, confirmatione adduci ci potuisse, quandoque enim, ac sæpissime vulgarissimo sensu non iustum, & inductionem ad ea opera, sed oburgationem, atque exprobrationem continent, vt i quibus imperare sonant, ab sceleribus patrandis deterreant. An Sanctissimus noster pater Ignatius media hymæ, & nocte concretis rigidissimo gale fluminis Parisiensis aquis immerfus ad perditæ libidinis adolefcentem clamabat: ito infelix es miser, obsecras voluptatibus fruere: dum his ego cruciatibus diuinam in te iram teneto, & pietatem exoro: Libidinem ipsi fluidebat, ac imperatissimo vero illarum ab eloquentissima, ardentissimaque oburgatione deterrabatur. Sic apud Terent. de perditio, & incorrigibili filio aiebat: Tibi sistud placet, profundat; percat: nihil ab me astinet. Et Virgil. 4. Æneid. Neque te tenemus, multa refello. I. sequere liniam venis. Et vulgo: cum multa dissulatione aliquem à noxia deliberatione reducere non possumus, dicere tandem solemus: Alia pueri id y bazedo, hoc contine. Emphasiss, quod facis, fac citius: & implete mensuram Patrum vestrorum, & similia loq. 3. Ioan. 3. Iudic. 10. Reg. 2. c. 3. & 8. quamvis tribus hinc postremis, & 4. Reg. 3. & 8. Matth. 23. & loco alio hab. 6. irritio præterea ca intentantis opera continetur, incassumque ab ipso renari imperatui illis vocibus, ita ipsum aliquos significas, vt eū à ceptis abstinere iuadear.*

7. Quarta probatio luminis etiam ex Patrum ista doctrina: Deum, scilicet, neminem deferere, nisi prius ab ipso deferatur. Deferere autem prius, si ante vltim omnem liberitatis, & arbitrij humani actionem hominis prauam, vt ab eo feret, vt materiale peccati prædeterminationis ab eoque irreducibiliter absolute, & efficaciter præhincit, vt x. p. 2. expendebimus. Antecedens constat ex August. lib. 1. de Ciuit. c. 15. aiente: *Animam non deferat opus de se creata sed, vt de se deferat. de se ferit. Ad malum quippe eius prior est voluntas eius ad bonum vero eius prior est voluntas creatoris eius, siue, vt eam faceret, quia nulla erat, siue, vt eam refferet, quia laisa perierat.* Tract. 2. in Ioan. col. 4. ad i. in mundo erat, inquit, Opus est, vt tu non recedas ab eo, quic nunquam recedit: opus est, vt tu non deferas, quia non deferitur. Noli cadere, & non rudi occides: si tu faceris castum, ille tibi facit occusum: si autem tu ius, praesens est tibi: sed non steris: recordare unde cecidisti, unde te deiecit, qui prior te deiecit: deiecit enim te non impulsu, sed voluntate tua: si enim malo non consentirem, statim & illuminari maneres, interius, & Dominus, quia ipsi contra se claudunt, negando se scire, quod nouerant: nre ipse illi aperuit quia non palauerunt, de corrupt & grat. c. 11. quod adiutorium (gratia) si homo ille, Adam, per liberum non deferuisset arbitrium, semper esset bonus, sed deus non. & deus non. De natura & grat. c. 26. post med. cum ad perfidiam sanitate, hoc est ad perfectam vitam, infirmum perducimus, non deferit, si non deferatur, & ipse semper iustus.

9. Argumentum hoc adeo efficax est, quia cum veritatem variè obfcurare audeant, tunc primum enim prædicationem fictitiliam prædicationis fæ-
lificationis pro prædicatione nobili ad gloriam Pa-
tris, usurpant: quia certissimum est hominem peccato-
rum et illorum materialia, seu actiones pravas, à Deo con-
tinuè peccatini: Cæterum ex ipsi Patrum testimonio con-
stat confit non eo (sensu fictili prædicationem à Patri-
bus, & Conciliis accipi. Tum quia Concilium Valtentinum
suam, & Araucanicam sententiam parenti illi explicavit,
de quavis Dei prædicatione ad malum, ex qua non pos-
sit non aliter euenire, vi malum non fiat. Tum quia ad
æternos cruciatus, & mortem æternam prædicationi
pro factorum meritis eorum testimonio plura aie-
bant; quia tamen prædicatione ad gloriam esse præ-
sertim Beda ad mortem æternam pro malis meritis præ-
destinati à Deo homines admittit: non autem ad opera,
seu merita mala loco citato verbis his: *¶ Domini ad
æternum sanctis eius vitam æternam prædestinauit, & im-
piorum, causam vitæ æternæ, merita prædestinauit. Repet-
it, causam vitæ æternæ, sed non mortis æternæ. Con-
stat autem mortem æternam: sed non mortis æternæ cau-
sam: quia nulli Deus peccata sua prædestinauit. Non
enim in Dei dispositione, quomodo peccator peccet, sed
tamen, cum fiat cum peccatorum, mortem ei præde-
stinat, vt verus Deus.* ¶ Dicens secundo intelligi, Con-
danna, vt prædestinatione formalis peccati, non
materialis, seu prave actionis, vt à nobis. Contra
tenet

gen primò: quia plerique expressa de prauis actionibus sunt. Secundo, vt sapè dixi, nihil reale, ac verum, & non per rationem factum, continet formale peccati vltra materiale, ad quod vera, & realis actiuitas prædestinationis diuinæ, imò, & voluntatis nostræ possit terminari. Tercio quicquid formale sit non aliter à Deo causari, amarique, imò nec à nobis, potest, nisi efficacia & amore materialis, quod inseparabiliter, adhuc diuinitus, necessario Consequitur: quartò inde: nam Concilium Arausicanum, & Valentinum negant mali, seu peccati prædestinationem, ex qua non esse peccatum sit impossibile: vti posita prædestinatione ad materiale peccati non esse peccatum impossibile foret. Quintò: quia bona tantum prædestinari à Deo Concilia, & Patres recitari docent, cum de malis, & bonis operibus agunt: aut nullatenus materiale peccati ad bona opera spectat: ergo à Dei prædestinatione excluditur. Sextò: quia prædestinatio bonorum operum asserita extenditur, non solum ad formale, sed ad materiale virtutis, siquæ ipsas physicas nostras actiones Dei prædestinatione attingit, attingique eius efficacia, & dispositione, ipseque prouide, vt causæ, & auctori principali esse tribuendas Patres, & Theologi colligunt, & asserunt: aut prædestinatio, que de bonis operibus asseritur, negatur de malis. Ergo de materialibus etiam negatur. Denique Patres ita mali prædestinationem negant, & damnant, vt quancumque plus aliquid permissione pura peccati continentem, damnetur: plus autem continet prædestinatio materialis peccati, quam permissionem peccati: imò solum circa materiale potest esse permissio, & ratio: illius solum potest esse malitiae, & peccati absolute permissio: siquidem materiali peccati postea peccati Dei non subiacet, quod sit, vel non sit formale peccati: quare neque eius permissio. Dicunt porro: Patres, & Concilia intelligi, de prædestinatione materialis peccati, vt est initium, & fundamentum malitiae, seu formalis peccati: secundum quam rationem præfinit à Deo materiale peccati, seu actionem prauam nullquam à se admitti aint. Verum, si ratio illa intij & fundamenti reale quidpiam sit, à Deo prædeterminatiue præfinitur titulo causæ primæ, & vniuersalis negare nequeunt: quin à tota sua sententia, & fundamento deficiant. Secundò actus ipsos concupiscentiæ volitionis, &c. qui reales, & ante illud rationis, in quo initium, seu fundamentum malitiae esse voluerint, adhuc asserunt à Deo præfinitur contra Patres & Concilia. Tercio, non initium solum, & fundamentum, sed vltimum fundamentum malitiae, (imò tota, me iudice, vera, & realis malitia, & contrarietas cum lege virtutis, & ratione) stat in actu ipso physico, hic, & nunc, in his circumstantiis, vt à nobis elicito, quin inter hoc ad malitiae relictantiam, vltimè aliquid intercedat: idcirco disputationis præfatione monui de hoc solum, modo nobis cum hæreticis, & Dominicis aliquot esse controuersiam: an Deus prædeterminatiue præfinit actionem prauam, vt à nobis apponendam, siue, vt eam, hic, & nunc apponamus: quod ipsum materiale peccati est. Si ita à nobis apponi præfinitur prædeterminatiue illas asseratur, contra Patres, & Concilia recitata asseritur: si negetur nobiscum sentitur.

in. Sæta probatio ex alia Patrum & scripturæ doctrina instruitur, quorum testimonia, etsi ad quintum, vel sextam probationem etiam pertinerent, huc tamen usque ferè omnia recitare consulo distulimus, quia specialis huius argumenti principium conueniunt. Ea vero doctrina sumpta est ex Psalm. 24. *Vniuersa via Domini, misericordia & veritas.* Psalm. 84. *Quoniam misericordiam, & veritatem diligit Deus.* Psalm. 100. *Misericordiam, & veritatem obuiauerunt sibi.* Psalm. 100. *Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine.* Et Ioann. 1. *Et vidimus gloriam eius gloriam quasi vniuenti à Patre plenum gratia, & veritate.* Quibus, & sexcentis aliis scriptura docet: nihil Deum circa creaturas, præfer-

tim rationales, operari, quod ad eius misericordiam, & gratiam, vel ad iustitiam non pertineat ipsius: id quod ex præfatis locis sic tradit Augustin. 2. de peccator. meritis, & remissione cap. 18. post medium. *Quibus hoc Dominus donare voluerit, misericordia est, non meriti illorum, quibus autem noluerit veritas est: iuxta namque peccatoribus pena debetur: quoniam misericordiam, & veritatem diligit Dominus Deus: & misericordia & veritas occurrerunt sibi, & vniuersa via Domini misericordia & veritas.* & quæ explicet quam crebro hæc duo coniuncta diuina scriptura commemoret? Aliquando etiam mutatis nominibus, vt gratia pro misericordia ponatur. Vnde est: *& vidimus gloriam eius, gloriam quasi vniuenti à Patre plenum gratia & veritate.* Aliquando pro veritate iudicium: sicut est: *misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine.* Inde Valentini Concilium secundo loco recitatum ex sententia Leonis Papæ 1. Leo item Pap. 9. cap. 7. Prosper ad 11. objecti ex Vincent. Fulgent. 1. ad Monim. cap. 7. quos omnes num. 8. recitauimus. Possimusque recitare Fulgentium eundem ex cap. 13. alientem hoc itaque præcognouit Deus quod erat ipse facturus, aut quod fuerat largiturus: illud verò nullatenus præstinauit, quod, siue per gratiam, siue per iustitiam facturus ipse non fuit. Proinde diligentissime requirendum videtur, quod in his Deus operetur, quos gratis iustificat: quid etiam in illis, quos iuste condemnat. Ex hoc igitur scripturæ, Conciliorum, & Patrum principio arguitur. Quæcumque Deus ordinar, vult, & operatur erga creaturas rationales ex iustitia, vel misericordia esse debet: atqui præfinitio prædeterminatiua ad actiones prauas, seu materiale peccati omnem vsum libertatis nostræ antecedens cumque nullatenus supponens; neque ex iustitia esse potest in penam mali vltus, qui supponit ad iustitiam punitum debet, atque ab hac præfinitione supponi non potest: neque ex misericordia, vt de se pater: ergo nec in Deo eiusmodi est præfinitio. Argumentum præfinit Fulgentius recitatus numero octauo, & 1. ad Monim. cap. 21. sub init. illis postremis verbis: [Vbi, nec misericors inueniri possit, nec iustus, & his quæ subinfertur: adiungit, *Prædestinatio Dei præparatio est operum eius: & sicut competit Deo, vt causa sit totius operis boni: sic incongruum est, vt imparetur causa cuiuslibet operis mali.* Sed suam acutem Recentiores aliquot Dominicani metaphysicam, negando prædestinationem, seu præfinitionem actus præfinit non pertinere ad Dei misericordiam vera aliqua ratione. Nam, in quantum actus ille est, ad misericordiam Dei spectat præfinitio prædeterminatiue, ad illumque præmouere voluntate, quæ alias maneret in pura potentia, cum defectu, & carentia sui actus: quod malum cuius potentia est: cum autem hoc iure naturæ, potentia cuius debeatur, alij ex iustitia in Deo fieri malum, & citant pro huius solutionis doctrina Sanct. Thom. 1. part. quæstione vigesima prima, articulo quarto, quem ibi habent aduersum: siquidem titulus hic, effectus, actus potentia, quæ potentia, vt sic, considerata est, non, quæ potentia rationalis circa quam solum, quæ talem Dei vel misericordiam, vel iudicium versari posse inibi S. Thom. docet. Secundo: nollem Theologiam Scholasticam Catholicam acutioris doctrinæ, quam Patrum, & Conciliorum, imò horum doctrinæ, esse aduersam, vti hæc est: siquidem Patres, & Concilia recitata absolute negant ad misericordiam, aut ad iustitiam prædestinationem prauæ nostræ voluntatis, & concupiscentiæ, operisque cuiusvis mali posse vllatenus spectare: quod hæc subtilitas fieri posse, & de facto semper fieri, affirmat. Tercio: quod ad iustitiam, & debitum naturale attinet, in naturali, & determinata potentia locum fors habeat, in indifferenti vero natura sua potentiam rationali locum habere non potest: cum pro actu primo considerata nullum actum (necum prauum æ sibi omnino dissentaneum) possit determinate exigere: quoad misericordiam, æquis misericordia, & gratia Dei tribuendum censetur, quod defectu illo carenti actu physico

FFFF odij

REGA
pari
Via

odij Dei. Deus rationalem liberet creaturam, non aliter, quam & mortalis, seu aeternae mortis & vitae aeternae defectus inductione: quod, ut videtur, quicquid, vitam potius profundere teneatur: is sane unus vefanus & demens, qui mulcam suae fronti insidentem impacto sibi in frontem malleo abigi beneficii loco reponeret.

CERTAMEN IV.

Cetera ex Patribus argumenta.

1. Argumento ex praedestinatione bonorum, ac non malorum operum quinto proximam erat septimum hoc & generali Dei erga omnes homines, reliquaque universi huius creaturas sine, ex quo ea omnia condita, iuxta Scripturam & Patrum sententiam, fuere potitum; sed datorum testimoniorum pro quinto argumento vicinitas sextum intercalare nos fecit. Sic igitur septimum hoc instruitur. Deus cum homines omnes, tum eorum potentias, liberumque praesertim arbitrium, produxit ex salutis omnium efficaci, quatenus ex parte Dei est, desiderio, & sine: tum denique omnia ut homini ad hunc finem obinendum inferrent; implicat autem eius sermo, ac non perfunctorio desiderio, sed quatenus ex se, & ex parte sua, efficaci (etsi non absolute, & omnino efficaci) finis aliquis obinendi vel sibi, vel aliis, voluntas efficacis, ex parte etiam sua, & ex se, apponendi media repugnantia suapte natura cum eius finis ita intenti, & desiderati affectione: ergo implicat Deum apponere media pugnantia natura sua cum fine à se intento gloriae, & rectae hominum vitae. Atqui praefinitio praedeterminatio materialis peccati, seu actionis pravae, ut à nobis, nostroque arbitrio apponenda, pugnat natura sua cum recta vita, & gloria hominum, sic desiderata affectione: ergo implicat eiusmodi praefinitionem Deum à se ipso antecedenter, ac prorsus independentem ab usu pravo mediocum, quae hominibus, ut recte viverent, & gloriam assequerentur, prouidit habere; subsumptum proximum de se patet. Nam eiusmodi praefinitio connectitur inseparabiliter cum peccato, & vita prava, &, si finalis sit, cum damnatione aeterna, quo velint aduersarii gradu. Iam hominem, sine vilius exceptione, ex praefinitis intentione ac desiderio ferio, & quantum ex parte Dei est, efficaci conditum, eique ex eodem fine potentias, & arbitrium (si ab eius velis animo re ipsa differre) inditas à Deo eiusdem finis intentione fuisse, atque ipsi de reliquis creaturis ad illum assequendum fuisse à Deo prouisum, pueruli Catholici omnes nostri, cum primum litterarum elementa coniungere ad legendum incipiunt, ex mirabili nostri Ripaldæ cathula nostro Hispano idiomate quotidie clamant. Rogati enim: *Para que fin fue criado el hombre?* Respondent: *para servir à Dios, y gozarle.* Hoc tanquam Christianæ, & spiritualis vitae primum columnen Sanctissimus noster Patens Ignatius, illiteratus prorsus adhuc, Dei tamen spiritu, & illustrationibus plenus, in suis exercitiis spiritualibus initio hac inscriptione: *principium, seu fundamentum proponit sub qua scribit: Creatus est homo ad hunc finem, ut Dominum Deum suum laudet, ac reueretur; eique seruiens tandem salutes fiat.* Reliqua vero supra terram sita creata sunt hominis ipsius causa, ut eum ad finem creationis suae prosequendum iuuent. Vnde sequitur, &c. Quibus integram posuit syllogismi primi maiorem. Eandem multa, & aperta Scripturæ, & Patrum eruditione ac Theologicis rationibus ostendimus controuersi. 4. d. 5. ubi Deum serio omnia, etiam reproborum, salutem, nec solum complacentiae de eius possibilitate, seu velleitatis affectu, sed ex parte sua, quantum satis est efficaci, & actiuo, desiderare, ac velle contra aliquot minus cautos scholasticos ostendimus.

2. Sed rursus maior ut Catholicum dogma et Scriptura, & Patribus statuendum Theologicis est, & de conditi hominis sine praefinito constat ex Genesi 1. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, id est, ut particeps sit diuinorum bonorum cum in moribus, tum in Dei familiaritate.* & desiderio diuina aeternitatis, tum in huius affectione, ut ait Nyssen orat. Cather. cap. 5. sub med. & Athanas. orat. contra idola sub init. Adde Tertullian. contra Marcionem cap. 8. init. Prospere supra ad obiect. Vincent. respons. 4. Chrysostom. homil. 3. in Genes. post medium ut idcirco praeparatum nobis proinde à constitutione mundi (id est ante iacta mundi fundamenta (ut hic explicat) regnum à Christo Domino dicatur: idem Dei finis in hominis conditione traditur Eccles. 17. init. & Act. 17. Quantum ad potentiarum, & arbitrij ex eodem fine constat ex 30. Deuteronom. ubi bonum, & malum homini propositum & morrem, ut Deum diligat, & ambulet in viis eius & vitam eligat, ut obtemperet Method. apud Epiphani. haer. 64. pagina 3. Nyssen. homil. 2. colum. 2. homil. 8. in Eccles. med. oration. 2. in cantic. ante medium & loco proxime citato. Nazianzen. oration. de Christi Natiuitate circa medium Cyrill. Alexand. VIII. contra Iulian. sub finem Euseb. 6. praeparat. cap. 5. inter medium & finem Damascen. de duabus Christi voluntatibus sub medium Dialog. cont. Manich. post medium & sub init. & colum. antepenult. Iustinian. Martyr Dialog. cum Triph. sub finem Augustin. 3. de libero arbitrio cap. 1. vers. finem 1. retract. cap. 9. vers. finem, cuius verba etiam refert Hugo Victorinus. tract. 3. summ. cap. 9. post medium Lactant. 7. de diuino prouid. cap. 4. medium ubi & 15. diuinum instituit, ipsam peccandi potestatem, & naturales affectus, quibus ad malum inducimur, vitae nostrae rectae intentione nobis à Deo datas testatur: sicuti & Bernard. de grat. & libero arbitrio circa medium id est Eccles. 31. *Qui potuit transire, & non est transgressus confirmans, & Chrysostom. 1. Cor. 9. homil. 11. sub moralis initium de creatione reliquorum criminum fecerunt à Deo ex fine rectae, & aeternae hominum vitae constat ex Genes. 1. *Et praeformauit terram: & volatilibus caeli, & bestis, & universisque terrae, & quae ex iustitia, & aequitate, ut exprimitur Sapient. 4. sub init. quo super egregie scribitur Terrallian. de spectacul. cap. 1. med. & sub medium Epiphani. de ref. 66. post epist. Marcelli pag. 3. & 4. Hilari. ad ill. Psalm. 2. *Tunc loquebatur ad eos in ira sua.* Clemens Alexandr. 7. Stromat. pag. 3. Chrysostom. ad Roman. 5. sermon. 6. sine litteræ, Moses Barceph. comment. de paradiso pag. 3. cap. 2. de interdict. arb. Paulin. epist. 36. ad Iobium colum. 3. Nyssen. in Ecclesiast. homil. 8. med. Prosper. 2. de vocat. gent. capite decimo tertio, sine. Mercur. Trismegist. apud Euardent. in 4. Irenaei cap. 77. sine eadem ibi ad rem hanc usus. Horum Patrum sermo omnia dedi d. 1. quæst. 5. daboque controu. 4. d. 5. quæst. 4. eis repetendis abstineo, videatur item Philo de mundi opificio.**

3. Octauum argumentum sit ex alia Patrum doctrina, celebri peritque ex nuper citatis locis illa contenta: Nimirum Deum ne bonitati suae decederet, nihil prorsus malum, siue natura sua determinatum, aut determinatum ad malum fecisset, esse. (aciebat ubi proximè Paulinus) *consequenter, ut omnia Dei facta pulcherrima sint, & non sit nobis constructa, bona est.* & non reicienda: eque nobis constructa, bona est. (scilicet, ut alij Patres dicunt autem eorum usus) (scilicet, ut alij Patres dicunt) Barceph. proximè aiunt, abusus) *omnium ipsius creaturam.* Damascen. de duabus Christi voluntatibus. *Præclara sunt, & à bono artefacta beneficia, & cuiusque causa concessa; in quam sententiam scribat Dionysius, alique Patres reuocati certam, & ab eis breuitatis causa in re addo clare ostendimus.*